



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Emphiteusis ecclesiastica quomodo cum melioramentis ad ecclesiam
revertatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

hanc esset magis communem, *conf. 105. 21* ferè per totum vol. 1.

19 Secundo ¶ si emphiteusis legatur pro se, & hæredibus quibuscunque, aut quibus dederit, admittantur fœminæ descendentes, & etiam quæcunque personæ extraneæ, dummodo habeant illam qualitatem hæreditariam, quòd sint hæredes, Bald in l. cum virum. num. 2. C. de fidei commiss. & hanc esse communem opinionem testatur Soc. inter *conf. feud. | Brun. conf. 10. num. 11. Curt. Jun. conf. 183. nu. 6. Cravett. conf. 256. n. 8. vers. his tamen*, Bero *conf. 107. n. 4. eod. vol. 1.* & post plures alios, per ipsum citatos hanc opi- 22
nionem, tanquam magis communem observari in practica testatur, Iul. Clar. in lib. 4. *sentent. §. feudum, quest. 9. n. 1* & in terminis in §. *emphiteusis, q. 28. vers. secundus est casus eod. lib. 4.*

20 Emphiteusis finita ¶ sine culpa emphiteuta, ut puta cursu temporis limitati, aut, finita generatione, ut quando emphiteusis conceditur ad primam, secundam, tertiam, vel ulteriorem generationem, quaeritur, an possit ipsemet emphiteuta, si vivit, vel eius filii, aut alii descendentes petere à domino directo, ut emphiteusim in eorum personam confirmet, aut renovationem concedat, ut post Rom. *conf. 22. n. 5. Dec. conf. 328. n. 3. vers. quibus tamen*, Alexand. *conf. 80. n. 20. lib. 1. Ruin. conf. 11. n. 18. lib. 1.* Affirmativam tuetur Iul. Clar. *sent. eo. lib. 4. §. emphiteusis, quest. 43. in princ.* eamque opinionem procedere, & habere locum, etiam in emphiteusi ecclesiastica, post Gozad. *conf. 86. num. 14.* & alios, quos ibidem citat, testatur idem Clar. in eadem *quest. vers. sed quæro*, Quam opinionem puto, veram de jure communi

antiquo, illud tamen ¶ fuit reformatum per extravagantem *ambitiosè, de reb. ecclis. non alien.* quæ ubique est usu recepta, ut testatur Bero, in *conf. 92. num. 30. vol. 1.* Quidquid obiter in contrarium prius tetigerit, in *conf. 32. n. 6. & conf. 83. n. 23. eod. lib.* & idem, quòd sit usu recepta, tenuit in *conf. 8. num. 40. & seq. vol. 3.* & Benint. in *decis Bonon. 13. n. 9.* quæ extravagans facit jus commune, ut formavit Rota Peregr. *decis 226 in vna Romana causa med. lib. 2.* quam sequitur Cæsar, de Graff. *decis. 155. aliàs 4. in fine de reb. ecclis. non alien.*

¶ Et quocunque casu cum evidenti Ecclesie utilitate, inspecto tempore renovationis, non autem antiqui canonis, ut per Oaded, *conf. 51. numer. 59. usque in fin. vol. 1.* Cæsar, de Graff. *d. decis. 135. aliàs 4. num. 1. de reb. ecclis. non alien.* & alios in *cap. 15. num. 3. vers. & nunc, tom. 1. citatos.*

23 Præmissa autem procedunt ¶ ex forma antiquarum concessionum, secus si aliter constet de mente Papæ concedentis, aut quando Papa apponit clausulam: volumus autem & Apostolica auctoritate pariter decernimus, quòd finita tertia generatione, aut alio tempore in litteris Apostolicis expresso, omnia bona prædicta sublocatione hujusmodi comprehensa cum iuribus, & pertinentiis suis universis, nequon quibusvis melioramentis desuper pro tempore quomodolibet factis ad dictam ecclesiam pleno jure, & omnino revertantur, illique liberè cedant, absque eo quòd renovatio locationis hujusmodi quovis prætextu, vel causa ab aliquo peti, vel prætendi possit. Aut alia apponatur æquipollens clausula, ut à tempore Pij Papæ V. fe.